Art. Quintus — Utrum vera Christi Ecclesia sit indefectibilis.

§ I. Exponitur status quaestionis.

Indefectibilitas Ecclesiae in quo cum perpetuitate convenit, in quo ab ea differt — adaequate sumpta respicit *quum* essentialia constitutiva, proprietates essentiales reliquasque dotes, *tum* omnia tempora exsistentiae Eccl. usque ad mundi finem — hinc ab apostolicitate generali acceptione sumpta differt — est « perpetua Ecclesiae permanentia in eadem essentia et statu (propriet. et dotibus) quae Christus ei contulit » — est propria Eccl. *universalis* — particularis quaevis, excepto centro unitatis, deficere potest — nec tamen cessat catholicitas; aliorum defectio aliorum aggregatione compensatur — Novatores omnes contra veram Ecclesiae indefectibilitatem errant — diverso tamen gradu — eam alii absolute negant — alii minime essentialem dicunt — alii ad visibilitatem coarctant — alii ad Ecclesiam invisibilem, etc. — circa argumenta afferenda quaedam notantur . . . . . Pag. 572-575

§ II. Solvitur proposita quaestio.

PROP. XXXII. — *Christus ita Ecclesiam instituit, ut ea esset ultima salutis oeconomia, non modo quoad essentialia, sed etiam quoad statum ut aiunt, indesinenter et perpetuo duratura; vera proinde gaudet indefectibilitate, vi cuius in ipsa interna et externa constitutione, in iisdem proprietatibus ac dotibus, cum quibus exsistere coepit, usque ad mundi exitum perseveret* 576-580

Scholion. Cur hic abstinendum a quibusdam difficultatibus — plures quae ex Synagoga petuntur expositae hic — deinde solutae 581-583

Art. Sextus — An et qualis auctoritas Christi Ecclesiae sit tribuenda.

§ I. Exponitur status quaestionis.

Potestas spiritualis adaequate dividitur in potestatem *ordinis* et potestatem *iurisdictionis* — quorumdam divisionem in potestatem *ministerii, magisterii* et *imperii* cur non admittimus — D. Thomas, Tarquini — potestas iurisdictionis duplex habet munus, *docendi* sc. et *regendi* — de hoc altero agendum — potestas iurisdictionis dividitur in *legiferam, iudiciariam* et *coactivam* — legiferam heterodoxi *vel* omnino negant, *vel* a potestate civili acceptam dicunt — iudiciariam iidem consequenter inficiantur — coactivam aliqui denegant Ecclesiae — alii ad poenas spirituales coarctant — alii ad temporales poenas extendunt quidem, sed per civiles magistratus necessario dicunt exercendam — vera doctrina verbis Suaresii exponitur — coactiva potestas Ecclesiae extenditurne etiam ad *ius gladii?* — respondetur ex Tarquini 583-588

§ II. Solvitur proposita quaestio.

PROP. XXXIII. — 1. *Ecclesiae, utpote societati, ex Christi institutione, perfectae, nativo iure et non principum concessione, suprema et independens competit tum legifera tum iudiciaria potestas* — 2. *Leges autem suas ita sancire potest, ut earum violatores poenis non modo spiritualibus, sed etiam temporalibus coerceat* . 589-596

1ª Pars: p. 589-591; 2ª Pars: p. 592-596.

Scholion. Quaenam difficultates hic recolendae — libertas per Christum ab Apostolo praedicata — libertas fidei, et in prosecutione finis Ecclesiae — dicta PP. quae videntur contraria — Respondetur 596-598

Art. Septimus — An vero Christi Ecclesia debeat esse infallibilis.

§ I. Exponitur status quaestionis.

Infallibilitas proprie ipsam errandi *possibilitatem* excludit — alia *essentialis:* propria Dei — alia *participata* — haec est *naturalis* et *supernaturalis* — Infallibilitas Ecclesiae est participata et supernaturalis — duplex est — 1. *passiva* seu infallib. *in credendo* — 2. *activa* seu *in docendo* — illius subiectum est ipsamet Ecclesia universalis docens sc. et discens — fidelium fides a fide Eccl. docentis numquam diversa esse potest — passivae infallib. exsistentia directe probari non indiget — colligitur ex dictis — eam adversarii concedere videntur — est effectus infallibilitatis activae — de hac ergo quaestio — tria expendenda: eius *exsistentia*, *obiectum*, *subiectum* — de his duobus postea — quaedam tamen indicantur — infallib. activae subiectum duplex, licet non adaequate distinctum: Summus Pontifex; corpus Pastorum simul cum illo — singulos Pastores, Sum. Pont. excepto, infallibiles dicit nemo — corpus Pastorum seorsum a capite infallibile non est — cum eo coniunctum sive in Concilio adunatum, sive extra Conc. per orbem dispersum, infallibilitate gaudet — declaratio — infallibilitatis activae natura declaratur — 1° est supernaturalis Sp. Sancti *adsistentia* — *quia* non requiritur nova revelatio, *quia* humana industria non excluditur — industria necessaria non est ut Ecclesia omnino definiat; sed ut licite definiat — si industria necessaria supponitur ad infall. definiendum, eam, quum aliquid definitur, fuisse adhibitam eadem fide credendum est — 2° in doctrina fidei et morum sine errore *definienda* — explicatur quando Ecclesia aliquid *definire* dicitur — Ecclesia non est infallibilis nisi *in ipsa definitione* — obiter vel incidenter dicta non censentur definita — gravem tamen auctoritatem habent. 599-606

§ II. Solvitur proposita quaestio.

PROP. XXXIV. — *Constituit Christus in Ecclesia visibile, authenticum et perpetuum Magisterium, cui promisit et contulit speciale infallibilitatis charisma, quo, per Spiritus Sancti assistentiam, in doctrina de fide et moribus definienda, numquam possit a veritate deflectere: quemadmodum ergo ipsum ius habet doctrinam Christi cum auctoritate docendi, ita ex parte omnium fidelium eidem debetur consensus et obedientia fidei* 606-612

Scholion. Plures obiectiones preoccupatae, aliis alibi satisfactum — Unus est magister vester — Apostoli *singuli* infallibiles — consummatio saeculorum denotat excidium Jerosolymae — promissiones *conditionatae* — Respondetur. 612-614

Art. Octavus — Quodnam sit infallibilitatis obiectum.

§ II. Exponitur status quaestionis.

Obiectum infallibilitatis activae ex Conc. Vat. est « doctrina de fide vel moribus » — hoc declarandum — depositum christianae fidei duplex — 1. *stricte sumptum* — complectitur veritates quae certo sunt divinitus revelatae — has esse infallibilitatis obiectum (*directum*, ut aiunt) constat ex dictis — 2. *late sumptum* (obiectum infallib *indirectum*) — complectitur eas omnes veritates sine quibus obiectum fidei stricte sumptum nequit integre custodiri, explicari atque defendi — de his quaestio — duplex — *a*) sunt ne veritates istae obiectum infallibilitatis Ecclesiae? — affirmandum — contrariam sententiam plures haereticam dicunt — *b*) posito quod sint et ab Eccl. definiantur debentne credi *fide divina* vel *fide ecclesiastica* seu *mediate divina?* — utraque sententia suos habet patronos — eorum argumenta indicantur remissive — hic tantum inquirimus utrum verit. illae sint infallib. obiectum — de his *generaliter* sumptis nulla est inter Theologos controversia — omnes affirmant — aliqui dissentiunt circa hoc vel illud *particulare* obiectum — ut est canonizatio Sanctorum; approbatio Religiosorum ordinum — quid de utraque sentiendum — particularibus hic quaestionibus omissis quaerimus utrum infallibilis sit Eccl. in aliis obiectis praeter certo revelata — praesertim — *a*) in damnandis proposit. cum nota inferiori *haeresi* — quinam hoc inficiantur — et *b*) *in factis dogmaticis* — utrum, v. g., Ecclesia sit infallibilis in declarando orthodoxiam vel heterodoxiam alicuius propositionis in sensu auctoris — non quidem *subiectivo*, sed *obiectivo* — declaratio — Jansenistarum systema paucis indicatur 615-622

§ II. Solvitur proposita quaestio.

PROP. XXXV. — 1. *Obiectum infallibilitatis Ecclesiae non debet ad eas veritates coarctari, quae certo sunt divinitus revelatae; sed ad illas quoque protenditur, quae ita cum certe revelatis sunt connexae,*

ut sine illis depositum fidei christianae nequeat integre custodiri explicari atque defendi. Falluntur ergo qui fallibile putant iudicium Ecclesiae, sive falsi nominis scientiam proscribentis, aut doctrinas nota infra haeresim damnantis — 2. *sive propositionum orthodoxiam vel heterodoxiam in sensu Auctoris obiectivo declarantis.* Pag. 622-632

1ª Pars: p. 622-629; 2ª Pars: p. 629-632.

Art. Nonus — Quaenam sit vera Ecclesia Christi.

§ I. Exponitur status quaestionis.

Quaeritur hic quaenam in concreto sit vera Christi Ecclesia — ea certo dignosci potest — hinc debent esse notae, quibus dignoscatur — descriptio notarum, eiusque expositio — munus proprium notarum: agitur hic de discernenda vera Ecclesia a falsis Ecclesiis — quaenam communiones comparandae — quo sensu Ecclesia vera dicitur hic Romana — vis probandi notarum *negativa, positiva* — Notae a Protestantibus assignatae reiiciuntur — simul cum eorum difficultatibus — Verae notae quaenam sint — verus Catholicorum consensus, non obstante apparente dissensu . . 633-638

§ II. Solvitur proposita quaestio.

PROP. XXXVI. — 1. *Unitas, Sanctitas, Catholicitas, Apostolicitas sunt verae Ecclesiae notae* — 2. *iisque rite adhibitis, quemadmodum certo constat Ecclesiam Romanam esse unicam veram Christi Ecclesiam; ita reliqui omnes coetus qui extra communionem ipsius, Christianum nomen sibi vindicant, veram Christi Ecclesiam minime constituere convincuntur* 639-648

DISPUTATIO V.

DE VISIBILI ECCLESIAE CAPITE

Quanti momenti sit haec investigatio — ex Bellarm., Conc. Vat. et ipsis protestantibus — Tractationis partitio . . . Pag. 649-650

Art. Primus — An Christus in B. Petro Primatum instituerit in universam Ecclesiam.

§ I. Exponitur status quaestionis.

Conc. Vat. — proponit doctrinam — indicat argumenta ad *primatum* probandum — exponit errores — veritatem hanc expresse definit — *Primatus* duplex — *honoris* alter: praeeminentia sine auctoritate — alter *iurisdictionis:* veram potestatem in sibi subditos importans — Primatum iurisdictionis, in quo primatus honoris continetur, inficiantur 1. qui vel nullam distinctionem clericos inter et laicos agnoscunt; vel veri nominis hierarchiam in ordine clericali institutam negant — 2. Jansenistae quidam Paulum Petro omnino aequalem asserentes — 3. non pauci pseudo-catholici, qui, duce Ri-

BIBLIOTECA CENTRALE

cherio, tenent eum *immediate* Ecclesiae fuisse collatum — a qua translatus veluti fuit in Petrum — Richerii systema paucis exponitur — saepe ab Eccl. damnatum fuit — statuitur vera doctrina . . . . . Pag. 650-653

PROP. XXXVII. — Quemadmodum ex Christi verbis (Math. XVI.) constat Primatum iurisdictionis in universam Ecclesiam B. Petro fuisse promissum — 2. ita ex eiusdem Christi verbis (Joan. XXI.) eruitur eum fuisse Petro immediate et directe collatum. Manifestae ergo Scripturarum doctrinae aperte opponuntur qui — 3. negant solum Petrum prae caeteris Apostolis, sive seorsum singulis, sive omnibus simul, vero proprioque iurisdictionis primatu a Christo fuisse instructum — 4. aut qui affirmant eumdem Primatum non immediate, ac directe, ipsi B. Petro, sed Ecclesiae, et per hanc illi ut ipsius Ecclesiae ministro delatum fuisse 654

§ II. **Demonstratur Primatus Petri ex verbis Matth. XVI.**

Verba promissionis recitantur — generale argumentum conficitur — Christus dixit: « Tu es *Kepha* et super hoc *Kepha*, » etc. — Persona Petri directe ac clarissime ubique designata — quaestio de illo inciso « super hanc petram », etc. — 1° promissio respicit *immediate* et *directe* Petrum — 2° continet *primatum iurisdictionis — Probatur primum*. Totus hic sermo ad Petrum dirigitur: Ergo etiam verba *hanc petram* in medio sermone posita — Christus idem verbum « *Kepha* » in utroque inciso adhibuit — pronomen « hanc » nequit ad aliud quam ad petram proxime nominatam, quae est Petrus, referri — idem eruitur ex verbis quae praecedunt « Beatus es », etc. — ea verba rationem revelant cur antea nomen *Cephae* fuerit Petro impositum — *illi* ea verba diriguntur, *cui* dicitur « Tibi dabo claves » — qui certe est Petrus — verba illa exprimunt *mercedem* Petro promissam ob factam fidei professionem — Id demum fere omnes interpretes protestantes concedunt — ridicula quorumdam exceptio — *Probatur alterum* 1. Id Petrus in Ecclesia quod fundamentum in aedificio — fundamenti proprium est ut in eo et per id firmitas, et unitas aedificii constituatur et conservetur — id praestare Petrus nequit in Eccl. sine primatu iurisdictionis — probatur — 2. Petro commissum munus Ecclesiam invincibiliter tuendi contra omnia pericula omnesque hostes — id autem requirit primatum iurisdictionis — 3. Petro dantur claves regni coelorum — hoc summam potestatem continet — confirmatur ex verbis « *quodcumque ligaveris* », etc. quae potestatem nullis limitibus coarctatam important — exhibita totius textus interpretatio consensu PP. confirmatur 654-664

§ III. **Difficultatibus contra allatum argumentum satisfit.**

Paulus (1. ad Cor. 3.) docet Christum unicum esse Ecclesiae fundamentum — inter Patres variae sunt interpretationes illius *petrae*

— affertur praesertim S. Aug. auctoritas — potestas *ligandi* atque *solvendi* Petro promissa ad potest. remittendi peccata est coarctanda — Apostoli ipsi non intellexerunt verba Christi de Petri Primatu, disputabant quippe quis esset maior — *ligare* et *solvere* significat *declarare* licitum et illicitum — respondetur. Pag. 665-670

§ IV. **Demonstratur Primatus Petri ex Joan. XXI.**

Verba Evangelica referuntur — generale ex illis argumentum — duo probanda — 1° *Pascendi* munus Petrum solum respicere — ad *eum* enim verbum *Pasce* dirigitur *qui* vocatur Simon Joannis — a *quo* trina amoris professio exigitur — *qui* tertio interrogatus contristatur — *cui* praedicitur crucifixio, etc. — quae omnia uni Petro competunt — 2° hoc pascendi munus esse — *a) primatum iurisdictionis* — patet ex verbo *pasce* — ille pascit qui procurat ac providet alteri cibum, etc. — *pascere* idem ac *regere* tum ex communi usu loquendi, tum ex usu loquendi Script. — citantur exempla — constat ex ipsa voce ποιμαίνε, quae sonat *regere cum imperio — b) in universam Ecclesiam* — eruitur ex verbis *agnos meos*, *oves meas*, quae indicant *totum* ovile Christi — idem patet ex verbo *meas*, etc. — Exegetica textus interpretatio Patrum traditione confirmatur. 671-677

§ V. **Diserte ostenditur Petrum Primatum obtinuisse supra ipsos Apostolos.**

Constat 1. ex dictis — Petrus quippe *totius* Ecclesiae fundamentum fuit institutus — Petro *totum* Christi ovile regendum committitur ad quod ipsi Apostoli pertinent — 2. In quatuor syllabis nominum Apostolorum Petrus semper *primo loco* nominatur — qui ordo quoad alios Apostolos minime servatur — immo Petrus apud Matth. (10. 2.) *Primatus* titulo augetur — quod quatuor in locis Petrus non nominetur primus, id argumenti vim minime infringit — Post D. N. ascensionem Petrus statim se ut Primatem gessit — 3. Patres unanimiter affirmant Petri prae caeteris Apostolis praeeminentiam — quam *bono unitatis* a D. N. institutam dicunt — varias insuper rationes reddunt cur Primatus ille Petro potius quam alteri fuerit collatus — Haec eadem argumenta Paulum Petro aequalem non fuisse conficiunt — quod ipsum disertis PP. testimoniis aliisque rationibus confirmatur 677-683

§ VI. **Quibusdam contra proxime statuta difficultatibus satisfit.**

Falsum omnino est caeteros Apostolos id omne quod Petrus a Christo accepisse — tria expenduntur — *a*) quid Apostoli habuerint cum Petro commune, quid hic prae illis habuerit — *b*) quid ab Apostolis acceperint Apostolorum successores, quid Petri successores a Petro — *c*) quodnam exercitium potestatis Petri eiusque successorum quoad Apostolos eorumque successores — quo pacto Petrus cuiusdam excursionis rationem reddidisse aut ad aliquod opus peragendum missus dicitur — cur Paulus (1. Cor. 12., 28.) Apostolos,

primo loco recenseat — cur idem per antonomasiam *Apostolus* vocetur — cur se Petro aequiparet — aut se *nemini* inferiorem dicat — Difficultates speciales ex ep. ad Galat. — qua ratione Summi Pontif. definiunt « in auctoritate B. Petri et Pauli » — et in sigillis utriusque effigies exprimitur . . . . . Pag. 684-695

§ VII. **Primatus immediate et non mediante Ecclesia Petro promissus fuit atque collatus.**

42 In Script. testimoniis iam allatis nihil est quod Richerio faveat — singula quippe incisa Petrum in propria persona acceptum respiciunt — immo omnia Richerianae interpretationi aperte obstant — si *petra* Ecclesiam significaret, non autem Petrum, Ecclesia super semetipsam fundanda esset — eatenus inferi portae non praevalerent contra Eccles., quatenus super seipsam aedificata et fundata consisteret — grex Dominicus (Ecclesia) ab ipso grege dominico (ab Ecclesia) iuberetur pasci — quibus absurdius nihil — nulla insuper fuisset ratio cur D. N. postquam Ecclesiam nominasset statim Petro dixisset: « Tibi dabo claves », etc. — testimonia Patrum ad thesim confirmandam — quo sensu PP. dicant potestatem ligandi atque solvendi ipsi Ecclesiae fuisse traditam — vel Petrum personam Ecclesiae gessisse — vel Ecclesiam ipsam dimittere peccata, etc 695-701

Art. Secundus — An Primatus Petri, ex Christi institutione, debeat esse perpetuus, et in quo ille resideat.

§ I. **Exponitur status quaestionis**

Doctrina Catholica ex Conc. Vat. — adversarii — tres quaestiones distinguendae — 1. utrum Petri Primatus debeat esse perpetuus 2. utrum perseveret in Rom. Pontificibus Petri successoribus — 3. utrum Rom. Pontifex Petri successor habeat primatum de iure divino — hoc tertium declaratione indiget — tripliciter accipi potest — 1° Rom. Pontif. Petri successor habet primatum *qui primatus est de iure divino*, seu perpetuitas primatus est de iure divino — prop. *de fide* — ex Conc. Vat. — 2° Rom. Pontifex *habet de iure divino* primatum qui est de iure divino, et illum habet de iure divino *quatenus* est Petri successor — prop. *de fide* — nec obstat *electionem* esse factum humanum — illa electio non est institutio, sed mera conditio — alia responsa ex Bellarm. — 3° Rom. Pontifex habet de iure divino primatum quem Christus instituit, et illum *habet de iure divino* etiam *quatenus* est Romae Episcopus — sc. connexio Primatus cum Romana Sede est ex Christi institutione — hoc non est definitum — thesis historica de adventu Petri Romam eiusdemque ibidem sessione, quamvis certissima, necessaria non est ad Primatum Rom. Pont. ostendendum — quidam veteres putarunt annexionem Primatus ad Sedem Rom. a sola

Petri auctoritate fuisse constitutam — qui si alibi quam Rom. Sedem fixisset, alius quam Episc. Rom. ei succederet — communissima tamen sententia, quam nostram facimus, contrarium tenet — status quaestionis declaratur — Sedes, residentia, titulus — plures dignitates in Rom. Pontifice — qui eligitur Rom. Episcopus, eo ipso obtinet Primatum . . . . . Pag. 702-709

43 *PROP. XXXVIII.* — 1. *Primatus, quem in B. Petro, in perenne Ecclesiae bonum instituit Christus, eodem auctore in Petri successoribus iugiter durare necesse est.* — 2. *Cum autem constet Romanos Episcopos Petri esse successores, ipsi in universum orbem Primatum iure divino tenent* — 3. *Imo ipsa Primatus cum Rom. Sede connexio iuris divini esse videtur: adeoque sicut nulla humana auctoritate fieri potest ut Petri successor non sit totius Ecclesiae Primas; ita nulla, nec suprema Ecclesiae auctoritate, potest Primatus ab Romano Episcopo atque urbe ad alium Episcopum aliamque civitatem transferri.* 709

§ II. **Primatus perpetuitas iuxta Christi institutionem adstruitur.**

1. Primatus Petri a Christo unice institutus fuit et ordinatus ad totius Eccl. bonum — Ergo perpetuus ut ipsa Ecclesia esse debet — antec. declaratur et probatur — *quia* suprema potestas (qualis est Primat.) in omni societate ad ipsius soc. bonum instituitur et ordinatur — *quia* Ecclesia debet semper *eadem* permanere in eodem statu et forma — ergo semper cum eadem potestate a Christo instituta — *quia* secus primatus institutus fuisset pro illo tempore quo minus necessarius exstitit — exstingueretur quum omnino esset necessarius — *quia* perpetuitas primatus evidenter eruitur ex Matth. 16. et ex Joan. 21. — 2. Primatus Petri a D. N. institutus fuit ad unitatem Eccl. instruendam et conservandam — Ergo ut unitas est essentialis et perpetua, sic et Primatus — antec. constat ex eo quod hoc sit summae auctoritatis munus in omni societate — Christus voluit ut per Petrum et in Petro aedificium Ecclesiae non modo formaretur, sed etiam sustentaretur — aedificium sustentatur ipsius impediendo dissolutionem — dissolutioni opponitur unitas — ergo Ecclesia sustentatur conservando unitatem — id ipsum patet ex verbo *pasce* — confirmatur ex PP. — ex ipsis Pontificiae potestatis osoribus — etc 710-715

§ III. **Ostenditur Romanos Pontifices esse Petri successores, et, uti tales, Primatum divino iure obtinere.**

44 Duo hic probanda — 1° Successor Petri, quicumque ille sit, Primatum obtinet *iure divino* — breviter colligitur ex dictis — confirmatur — 2° successor Petri est Romanus Pontifex — probatur I. ex *constanti traditione* quae Romano Pontifici adscribit ipsam primatus dignitatem — Petri successionem et haereditatem — Petri actionem et auctoritatem — curam universae Ecclesiae — superiorum magistratuum ordinationem — maiorum causarum, sive ratione

obiecti sive ratione personarum, iudicium — 2. Voluit Christus ut Primatus Petro collatus perpetuus esset in eius successoribus — successor autem Petri quovis tempore una tantum persona esse potest — eo quippe modo conservari primatus debet quo fuit institutus, sc. in uno — atqui nonnisi Romanus Pontifex habetur aut haberi potest uti Petri successor — 3. Ex dictis in primo argumento saec. v. omnes credebant Rom. Pontificem iure divino Petro succedere — si eadem ab initio non fuisset fides, mutatio et quidem maximi momenti fuisset — huius porro mutationis nullum vestigium — immo nec ullius reclamationis vestigium. Pag. 715-722

§ IV. **Quibusdam difficultatibus satisfit.**

Obiicitur can. 28. Conc. Chalced. — sed hic nullius est auctoritatis — exaratus fuit absentibus legatis pontificiis — reiectus a S. Leone M. — in illo insuper agitur de iure *patriarchali* — nec can. 6. Conc. Cpni probatus fuit a S. Pont. — potest praeterea recte exponi — in can. 4. Conc. Nic. agitur de Rom. Pont. ut *Metropolita* Episcop. Italiae — vel ut *Patriarcha* totius Occidentis — paraphrasis Rufini nullam habet auctoritatem — Romanae Sedis praeeminentia nequit adscribi Synodo Sardicensi, quippe hac anterior — synodus illa habita fuit opera et iussu Rom. Pontificis — aperte supponit Primatum — quo sensu quidam Patres dicunt Episcopis convenire curam Eccl. universae ; legum potestatem ; magistratuum institutionem — Perperam Palmer Primatum Rom. Pontif. causis mere humanis refert — Successio in Primatu iure divino non infert defectibilitatem aut invisibilitatem Ecclesiae. 723-731

§ V. **Adstruitur sententia affirmans Primatum esse Romanae Sedi iure divino adnexum.**

45 Circa argumenta afferenda quaedam notantur. Probatur assertum 1. De facto constat Petrum evexisse ipsum Rom. Episc. ad Supremum Pontificatum — exinde, ius primatus quod antea personale erat privilegium, locale evasit, proindeque fixum et immutabile — multiplex rei explicatio — 2. Videtur rationi consonum Christum designasse rationem ipsius successionis — ratio successionis in supr. Pontificatu definita erat in V. T. — finis propter quem Primatus fuit institutus (ad dissensiones et schismata praecavenda) hoc postulare videtur — si ratio successionis determinata est, electio Pontificis facilius habetur — traditio securius servatur — gubernandi praxis facilius addiscitur — 3. Multae exstiterunt causae cur *Sedes* in aliam civitatem transferretur — ne unus quidem fuit qui eam alio transferri posse speraret — hoc certissimam evincit persuasionem in qua erant, connexionem sc. Primatus cum Rom. Sede esse ex divina institutione — 4. tum Patres tum Concilia non secus loquuntur de Rom. Sede ac de ipso Primatu — testimonia citantur 731-737

Scholion — 1. Quid fieret si urbs Roma penitus destrueretur ? — 2. an Rom. Ecclesia, quatenus Eccl. partic. possit errare in fide ? Respondetur. . . . . Pag. 738-739

***Art. Tertius.* — Quaenam sit vis ac ratio Primatus Rom. Pontificis.**

§ I. **Exponitur status quaestionis.**

4 Doctrina Catholica ex Conc. Vat. — adversarii indicantur — Conc. Vat. declarat — 1. Primatum esse iurisdictionis potestatem quae vere *episcopalis* est — ergo Rom. Pontif. non est *merus inspector*, aut *director*, ut Tamburini aliique volebant, sed *verus superior* — 2. hanc potestatem esse *immediatam* in omnes et singulos Pastores ac fideles — hoc non tollitur regimen episcopale quod est iuris divini — sed excluditur error Bailly aliorumque qui volebant Papam non posse invitis Episcopis in dioecesibus munera Episcoporum consueta exercere — 3. hanc potestatem esse *ordinariam* — quatenus sc. opponitur non tantum *delegatae*, quod definitum fuit in cap. 1. eiusdem Const. sed etiam *extraordinariae* — contra eos qui hanc summam potestatem agnoscebant in quibusdam tantum specialibus circumstantiis — 4. esse potestatem qua Rom. Pont. est superior *ipso concilio* — non quidem Concilio, cui S. Pont. per se vel per legatos praesidet — quod quaerere et definire esset supervacaneum — sed Concilio seorsum a Papa, non quidem dubio, sed certo — quid si Papa fieret contumax ? — respondetur . 740-748

46 *PROP. XXXIX. — Ratio Primatus, quem Romani Pontifices uti Petri successores iure divino obtinent, proprie consistit in iurisdictionis potestate episcopali, quae plena sit et suprema, imo immediata et ordinaria in omnes et singulos tum fideles tum Pastores — sive hi seorsum singuli, sive omnes simul spectentur : adeoque Romanus Pontifex superior est ipso Episcoporum coetu, seu Episcopis omnibus in synodo oecumenica congregatis.* 748

§ II. **Ostenditur rationem primatus in eo esse, ut sit suprema episcopalis iurisdictionis potestas immediata et ordinaria.**

1. Ratio Primatus consistit in iurisdictione *Episcopali* — Primatus est principium unitatis et firmitatis Ecclesiae, exhibetur enim sub metaphora *fundamenti* (Matth. 16.) ; ergo est potestas suprema regendi ; ergo episcopalis ; episcopos quippe posuit Deus *regere Ecclesiam suam* — confirmatur ex verbis « tibi dabo *claves* » — item ex verbis « quodcumque ligaveris », etc. — Idem conficitur ex testimonio Jo. 21. : « Pasce agnos meos, pasce oves meas » quibus effertur primatus — quae important potestatem iurisdictionis in universam Eccl. — haec autem potestas est potestas episcopalis — confirmatur usu biblico et ecclesiastico, iuxta quem potestas epi-